

Sophoclem sic scripsisse, quum ἔμῶν aptissimum sit nec Sophocles metra tanta qua Aeschylus diligentia ubique exaequa-
verit. Sic in hac ipsa fabula v. 879. τίς ἀν δῆτά μοι τίς ἀν
φιλοπόνων solutae alterius dochmii formae non soluta respon-
det v. 925. ἔμελλες τάλας, ἔμελλες χρόνῳ.

349. ἔτ' Hermanni emendatio est pro τ'. Idem in versu
antistrophicō 358. ἔβας recte scripsit pro ἐπέβας.

360. πημονὰν Reiskii coniectura est pro ποιμένων.

384. ἵδοιμι μην νιν] μήν ex L. Dindorfii coniectura addidi.

402. ὄλέθριον αἰκίζει L. ὄλέθριον in ὄλέθρι' mutavi, ut
metrum postulabat versus antistrophicī 420. εὕφρονες Ἀργείοις.

405. τίσις δ' ὁμοῦ πέλει correxi pro τοῖσδ' ὁμοῦ πέλας,
non metro solum, sed etiam sensu postulante.

496. ἦ Bothii emendatio est pro εἰ.

537. τί δῆτ' ἀν ὡς ἐκ τῶνδ' ἀν ὠφελοῦμι σε;] Probabilis
est Schneidewini coniectura alterum ἀν in ἔτ' mutantis, ut est
in Antig. 552. τί δῆτ' ἀν ἀλλὰ νῦν σ' ἔτ' ὠφελοῦμ' ἔγώ;

546. νεοσφαγὴ τοῦτόν γε προσλεύσσων φόνον] Seclusi
versum spurium interpolatoris, qui non senserat quanto aptius
esset Aiacem facinus ab se commissum leviter tantum tangere
quam verbis tam disertis extollere. Ad scripturam versus quod
attinet, quum in codice legatur τοῦ τόνδε, incertum manet
utrum auctor versus τοῦτόν γε an πον τόνδε scripserit, in
utraque scriptura inutiliter addita particula sive γε sive πον.
Notae non melioris est versus post 554. ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ
μηδὲν ἥδιστος βίος illatus τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώ-
δυνον κακόν, quem delevit Valckenarius. Fuit enim olim mar-
gini adscriptus e loco simili, quemadmodum in Aeschyli Persis
post v. 253. (κακὸν μὲν ἀγγέλλειν κακά) adscriptus in margine
codicis Medicei Sophoclis Antigonae versus 277. στέργει γὰρ
οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν in apographis pluribus in textum
irrepsit, et in Sept. ad Theb. post verba v. 600. ὅμιλίας κακῆς
κακιον οὐδὲν, καρπὸς ἡς ἀσύμφορος in ipso codice Mediceo
versus ex alia, ut videtur Aeschyli fabula sumtus, ἄτης ἄρουρα
Θάνατον ἐκκαρπίζεται, textui est insertus. Tertium in hac
Aiakis oratione interpolationis exemplum est post v. 570. ὡς
σφιν γένηται γηροβοσκὸς εἰς ἀεί, cui interpolator versum ab se
confictum addidit, μέχρις οὖ μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ, im-